Melk, 1. Hälfte 13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift



pontifex dixit. Si credideris salua eris. et bonum opus videbis cum tota domo tua. Quiriacus dixit. Quomodo possum credere? Sanctus pontifex dixit. Baptiza te in nomine xpi. et salua eris. Quiriacus dixit. Ego credo non aliud esse dm. nisi quem tu colis. tu fac quod facturus es. Et humiliauit se sanctus pontifex in oratione. et fleuit dicens. Domine ihu xpe rex angelorum redemptor animarum. tu dixisti ad discipulos tuos. in nomine meo leprosos curate. mortuos suscitate. exaudi me domine famulum tuum. et fidelem gratiam tuam super mulierem istam dona. vt discant omnes gentes. quia tues deus. et preter te non est alius. Et statim salua facta est mulier. et splendida facta est caro eius. sicut radius solis. Et credidit quiriaca. et tota domus eius. et uiecha ciuitas. et bene dixerunt dm celorum dicentes. Bene uidimus quia magnum lumen uidimus. et bonum desiderium phunc infantem. et eum qui redemit nos ex omni peccato. Tunc sces pontifex dixit. Ecce uidisti mirabilia dei. custodite mandata eius. ut salui sitis in secla seclorum. Et statim recessit de domo eius. Tunc diabolus clamauit pos filie antonini imperatoris. Et ille pmittebat dis suis. multa dicens. Deus apollo. et deus arpan. deus iouis. si feceritis filiam meam saluam. offeram uobis taurum cum cornu deauratum. Diabolus dixit. Nisi uenerit sanctus pontifex. non hinc exeo. Tunc misit gelasium pfidem. cum xl. militibus. ad conprehendendum famulum xpi. Et ascenderunt in montem. et inuenerunt eum sedentem. et circa eum feras multas. Vt uidit gelasius pfes. expauit. fere enim steterunt. contra illos. Sanctus pontifex dixit ad feras. Reuertimini uos ad loca vestra. neminem ledentes. Tunc preses iactauit se de equo. et prehendit eum. Sanctus pontifex dixit ei. Vt quid cum multa turba uenisti ad me? Gelasius dixit. Tu es pontifex? Et ille ait. Ego sum peccator. seruus dmi mei ihu xpi. Gelasius dixit. Imperator te uocat. Sanctus pontifex dixit. Imperator mecum cum homine xpiano. quam causam habet? Tunc iussit militibus prehendere eum. et manibus ligatis deducere ad urbem romam. Et cum uenisset ad palatium ingressus est gelasius ad imperatorem. Duxitque ad eum imperator. Vbi est pquo missus es? Gelasius dixit. Magna mirabilia uidimus in isto puero. et nos ipsi morti proximi fuerant. Imperator dixit. Et quid uidisti meo? Gelasius dixit. Omnes fere siluarum. circa eum [illegible] stabant. et cum uidissent nos. impetum fecerunt contra nos. Ille autem iussit eis [illegible] et stati recesserunt. Imperator dixit. Adducite illum inconspectu meo. Cum ingressus fuisset. dixit ad eum imperator. Quod genus estis? Sces pontifex dixit. Xpianus sum. Impr dixit. Non scis preceptum principum. quia qui non sacrificauerit dis pieris? Sces pontifex dixit. Et ego hoc desidero. Impr dixit. Fama tua peruenit ad me. tu potes saluare filiam meam? si eam saluam feceris. honorificabo te diuitiis magnis. Sces pontifex dixit. Impr. dii tui quare eam non fecerunt saluam? Impr dixit. Quid multa sic superbe respondes? Sces pontifex dixit. Et si eam fecero saluam. credis in dm quem ego credo? Impr dixit. Credo. Sces pontifex. Scio quia induratum est cor tuum. [illegible] vt uideant. et credant.